



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē  
Istoria**

**Socrates <Scholasticus>**

**Mogvntiae, 1677**

XLVII. Quomodo Imperator Theodosius uxorem suam Eudoxiam misit  
Hierosolymam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14233**

THEOD. JUN.  
& VALENTIN.

390

Socratis Historiæ

potestatem: Nam cum alias nostrum A  
alio utatur judicio, nunquam eundem nominaturi sumus: sed malum, ut tu potius designes quem volueris. Tum Paulus: Hanc igitur, inquit, professionem vestram scripto proditam mihi date, vos cum electuros esse quem ego decrevero. Quod cum illi fecissent & subscriptione sua firmassent, assurgens ille & insidens lecto, clam remotis arbitris, Marcianni nomen charte inscriptis, qui Presbyteri quidem obtinebat gradum, & Monasticam vitam sub ipso didicrarat: tunc vero peregre profectus erat. Deinde cum chartam ipse ob-signasset, & à primoribus Presbyteris eam insuper ob-signari curasset, Marco cuidam Novatianorum in Scythia Episcopo, qui tum Constantinopoli versabatur, eam tradidit, his verbis cum allocutus. Si Deus me in hac vita diutius superesse voluerit, hoc depositum diligenter abste servatum mihi redde. Si vero visum illi fuerit me ex hoc aëculo transferre, invenies in hac charta, quem ego successorem mihi in Episcopatu designaverim. His dictis ex hac luce migravit. Tertio igitur post illius obitum die, libello coram maxima multitudine resignato, cū Marcianni nomen reperissent, omnes cum dignum esse acclamarunt, nullaq; interposita mota, miserunt qui illum comprehendenter. Illi cum Tibériopoli in Phrygia degente in pia fraude circumvenientes, secum abduxerunt, & duodecimo die Calendas Septembribus ordinatum in Episcopali fede collocarunt. Verum de his hactenus.

B

C

CAP. XLVII.

Quomodo Imperator Theodosius uxorem suam D' Orci ο βασιλεὺς Θεοδόσιος εὐδοκίαν τὴν ταῦτη γεννήσα τα ἱεράδουματα ξεπίστει.

POTtro Imperator Theodosius pro acceptis beneficiis gratias & vota Deo perolvit. Quod quidem præstít, eximiis honoribus Christum venerando. Quin etiam uxorem suam Eudociam misit Hierosolyma. Nam & illa hoc se voto obligaverat, si filiam suam nuptram vidisset. Sed illa quidem Ecclesiás omnes, tam quæ Hierosolymis, quam quæ in aliis Orientis urbibus sita sunt, variis ornamentiis decoravit, & cum illuc proficeretur, & cum rediret.

ΚΕΦ. μζ.

OΜΙΛΙΟΒΑΣΙΛΙΟΣ ΘΕΟΔΟΣΙΟΣ, ΧΑΡ  
εις διχασανθεῖσιν συγραφέσθαι  
Φερετῷ θεῷ καὶ ταῦτα εποιεῖ. Εἰς περούς ιων  
γοράριντον χεισόν καὶ τὴν γαμήλην διδούνται  
επιταξιαὶ εργούμενες, αγροτικαὶ ταῦτα  
μιν καὶ εἰκάδα τῇ αὐτῷ μηνος, ζεψια  
τελεταὶ εντεονίζονται. Ταῦτα μηνεῖς επιστρέ  
νερνοῖσι.